



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

LXVI. Markgraf Ludwig genehmigt die von Prenzlau und Pasewalk auf des Königs Geheiß seiner Gemahlin Margarethe geleistete Huldigung, am 11. April 1326.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

per manum H. . . de Luchowe, Anno domini Millefimo CCC^o. XX^o. quinto, dominica proxima post ascensionem eiusdem, in nostra presentia.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals. Vgl. Beckmann's Geschichte des Brandenburgischen Reichs, Bd. 1, S. 178, No. 26.

LXVI. Markgraf Ludwig genehmigt die von Prenzlau und Pasewalk auf des Königs Geheiß seiner Gemahlin Margarethe geleistete Huldigung, am 11. April 1326.

Nos Lodewicus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, Comes palatinus Rheni, Dux Bawarie, sacri Imperij Archicamerarius, Recognoscimus literas per presentes, quod fideles nostri consules de Primzlaw et de poswalk de nostro expresso mandato et serenissimi principis domini et patris nostri carissimi domini Lodewici, Romanorum Regis, precepto per dominum Segerum, prepositum Stendaliensem, de ore ipsius patris nostri nunciato, homagium fecerint legitimum sacramento fidelitatis super hoc prestito Illustri domine Margarete, nostri thori consorti serenissime, iure iusti dotalicij, prout in nostris literis ipsi danorum Regi datis lucidius continetur. In cuius Rei testimonium nostrum sigillum cum dicti domini Segeri sigillo presentibus est appensum. Datum Primzlaw, Anno domini M^o.CCC^o.XXVI^o., feria VI ante dominicam Jubilate.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals. Vgl. Beckmann's Geschichte des Brandenburgischen Reichs, Bd. 1, S. 178, No. 26.

LXVII. Markgraf Ludwig verzeihet der Stadt Prenzlau einige früher von der Familie von Kalene besessene Mühlenpächte, am 11. April 1326.

Ad perpetuam rei memoriam Nos Ludovicus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bawarie, sacri Imperij Archicamerarius, Recognoscimus literas per presentes, quod fidelibus nostris et dilectis Consulibus atque vniuersitati Burgenfium nostrorum civitatis Primslaw dedimus et presentibus donatione solenni donamus proprietatem plenam et omnimodam super decem et septem choris siliginis ordej et bralej in molendino nove civitatis Primslaw, quos a quodam dicto Colene rationabiliter compararunt, possidendos perpetuo ab omni onere liberos et exemptos, renunciantes dictis choris et Juri, si quod in futurum ad eos nobis vel nostris successoribus competere potuisset et volentes dictos choros adeo liberos dictis nostris Burgenfibus et ciuitati manere, quod nihil juris nos vel nostri successores debeamus nobis in eisdem quomodolibet vendicare. Et vt hec nostra donatio semper maneat et persistat ab omni revocatione immunis, presentem paginam inde confici et sigilli nostri appensione mandauimus fideliter communiri. Testes sunt presentes nobiles viri Domini Guntherus et Ulricus, Comites de Lin-